# „Memoria Subrupensis“ P. Coelestini Hostlovsky.

Fortsetzung und Abschluss des bez. Artikels im I. Jahrg. der „Studien“ 1880, Heft IV, S. 110—142,
herausgegeben von P. Laur. J. Wintera, O. S. B. in Braunau.
(Fortsetzung aus Heft II, Seite 296—306 d. J.)

## Series abbatum monasterii S. Joannis sub Rupe.

1. Joannes, qui et ultimus fuit ex Insulanis illis postremis, qui nullo securo et stabili habitabant loco, primus translata ão. 1517. abbatia resedit ad S. Joannem sub Rupe et praefuit usque ad a. 1539.

2. Joannes Placidus praefuit ab ão. 1540—1573, quo anno die 2. Novembris ut supra delineatus lapis sepulchralis perhibet, mortuus est. Amans Dei et proximi hac lege sibi imposita vivebat: „Primo Deo pietas, debetur proxima fratri.“ Senio confectus coadjutorem obtinuit laborum, qui et mortui regimen haereditavit, videlicet:

3. Tobias Collisius. Rexit monasterium ab ão. 1573. usque ultra annum 1576, qui et baptisterium ecclesiae S. Joannis sub Rupe fieri fecit. Cui successit:

4. Jacobus. Ignoratur quidem tempus ejus regiminis, uti et locus professionis, sed ex documentis antiquis patet eum rexisse ão. 1581. et 1582. ut refert manuscriptum Eugenii Prudík de successione abbatum S. Joannis sub Rupe.

5. Vitus Hifftl, patria Pragensis, professione Cladrubiensis, a fine anni 1582. usque ad 1589. praefuit.[1]) Fuit dignus, qui Divi Ivani lipsana reperiret, levaret et in facta nova arcula lignea reconderet. Cultor insignis SS. Eucharistiae novam comparavit monstrantiam, hanc tamen pulchriori et meliori formae reddidit abbas Casparus infra nominandus, quae sub levatione inter alia pretiosa Pragam avecta est. Revocatus hic abbas Vitus Cladrubium ad locum suae professionis ibidem qua abbas praefuit ab ão. 1589. usque ad 1603, quo abbatiae resignavit, et vivens porro ut privatus religiosus usque ad annum 1611., diem 12. Novembris, ibidem mortuus est.

6. Joannes Chrysostomus Cladrubský sive de familia, sive de loco professionis sic cognominatus; gessit pontificalia subrupea ab ão. 1589. usque ad 1612., hoc enim ão. 1612. resignavit abbatiae[2]) ad exemplum antecessoris Viti, et ad suos redivit Cladrubenos. Debetur ejus industriae campana magna ad S. Chilianum.

---

[1]) hiemit ist die Sage widerlegt, welche Köpl (Benedictiner-Abtei Kladrau pg. 65) über diesen Abt, einen Břewnover Landsmann, kühn genug auftischt.

[2]) wurde vom Visitator Wolfgang abgesetzt. S. das erwähnte Buch „Acta Processus“ etc. p. 199.

7. Paulus Martinus Bytomsky, professus Cladrubiensis, ex priore abbas ab ão. 1612. usque ad 1627. Sub hoc abbate imperator Matthias cum conjuge sua Anna. S. Ivani sepulchrum invisit, et abbas cum aliis praelatis et abbatibus coronationi ejusdem Matthiae in regem Boëmiae interfuit.

8. Tobias Wenceslaus cognomine Scultetus,[1] natione Silesius, professus Braunensis, infula et pedo ad S. Joannem potitus est ão. 1628.; omnem impendit operam pro recuperanda Insula, sed laboravit incassum. Obiit post annos regiminis 23 ão. 1651. die 14. Decembris. Ante mortem tamen, quia senio confectus, cooperatorem accepit

Matthaeum Zaubek a Bilenberg, actualem abbatem monasterii Pragensis S. Nicolai, qui ão. 1652. die 11. Maii pleno regimine potitus est, et sequenti capite ulteriorem disserendi dabit occasionem.

## Casus et vicissitudines monasterii S. Joannis in Insula et sub Rupe.

Diesem Abschnitte sei eine Zusammenstellung urkundlich bekannter Ostrower Benedictiner aus vorhussitischer Zeit vorausgeschickt (zumeist aus Emler's lib. conf).:

1233 Voiata, Petrus.
1328 Zdenko, praep.
1331 Felix, Prior.
1353 Andreas, Prior, Conradus (= Kuneš) praep., Simon praep. sub Rupe.
1357 Divissius pleban. S. Chiliani, Divissius pleb. sub Rupe — 1363. Simon pleban. S. Chiliani † 1358, † Dominicus pleb. in Slan., Theodoricus pleb. in Slan (von 1357 31./3. daselbst bis 1396?).
1358 20./12. Marquard pleban. s. Chiliani, starb 1363, früher in Welisz gew. 20./12. — 1363 Mstislaus pleb. in Welisz.
1358 Joannes pleb. in Zátoň (Ottau.)
1359 Martinus, Prior, Svatoslaus pleb. in Nicov (— 1365).
1360 30./4. Martin pleb. in Zátoň, 11./6. Joannes pleb. in Zátoň († 1360), 20./10. Nicolaus pleb. in Zátoň (— 1376).
1363 20./5. Divissius pleb. sub Rupe, Mstislaus pleb. in Welisz, Martinus praep. in Insula, Hermanus infirmarius, Friedericus, 20./9. — 1379 Friedericus pleb. in Welizs, 26./9. — 1373 Chval pleb. ap. St. Chilian.

---

[1]) eigentlich Scholz, war Prior und Pfarrer in Braunau gewesen, Prof. 1608.

1363 2./10. — 1380 Conradus pleb. sub Rupe.
1365 19./3. Gallus pleb. in Nicov, 18./11. Joannes pleb. in Nicov.
1366 24./8. Martinus, prior, Leonardus praepos., Conradus praepos. sub Rupe.
1373 3./1. Odolenus, plebanus St. Chiliani.
1374 20./7. — 1377 Leonardus pleb. St. Chiliani,
1376 1./12. Joannes plebanus in Zátoň.
1377 14./12. Nicolaus plebanus S. Chiliani.
1379 Paulus prior, Leonardus praepositus, Nicolaus pleb. St. Chiliani, 12./11. Joannes pleb. in Welisz.
1380 31./8. Chval. pleb. sub Rupe.
1383 20./5. Joannes plebanus in Welisz, Leonardus plebanus in Zátoň (†), 12./10. Fridericus pleb. in Zátoň, Joannes, Paulus (in Zátoň).
1385 10./3. Ulricus.
1386 11./3. Gregorius, prior †.
1387 11./10. Ulricus (Barbatus) (praepos.)
1388 8./3. Johannes Szrba praepositus.
1390 Henricus praepos.
1392 † Chval pleban. St. Chiliani.
1393 10./2. Joannes Podnavec pleb. S. Chiliani,
1393 10./2. — 1396 Bohuslaus S. Chiliani.
1395 28./2. Joannes praepos. in Bastin, 16./5. Joannes praepos. 22./6. Odolenus, prior, Chvalo, praepositus sub Rupe, Cunezmanus, Gregorius, Joannes dict. Scierba, Ulricus (Barbatus), Thobias, Nicolaus pleb. in Welizc, Franco praep. in Teslyn, Nicolaus dict. Kuzel, Stanco, Martinus, Nicolaus, Mstislaus, Gallus, Joannes dict. Skrzka, Bohuslaus minor, Paulus, Jenco, Nicolaus dict. Diviš, Bun, Bohuslaus plebanus St. Chiliani.
1396 17./9. Joannes plebanus S. Chiliani.
1396 20./6. Ulricus pleban. in Slan.,
1399 Nicolaus capellanus dict. Duras, 30./4. Jaroslaus plebanus in Nicov resign., 30./4. Nicolaus an dessen Stelle.
1401 14./1. Martinus prior, Joannes pleb. St. Chiliani, Ulricus pleb. in Slana, Chvalo pleb. sub Rupe, Henricus pleb. in Zátoň, Nicolaus pleb. in Welizs, Franco pleb. in Bascyn, Jenko in Wilemek (sic),

1401 Crux pleb. in Nicov,
Nicolaus procurator infirmor.,
Georgius,
Jacobus,
Jaroslaus,
Paulus,
Cunczmanus,
Tobias,
Bohuslaus,
Mathias,
Stanco (Stanislaus),
Beda,
Nicolaus,
Mstislaus, (praepositus in Insula),
Gallus,
Joannes,
Laurentius,
Joannes,
Stephanus,
Martinus (diaconus).

Es sind dies die Brüder, welche bei der Wahl Abt Alberts, eines Prager Benedictiners (bei St. Ambrosius in der heutigen Hybernergasse) zugegen waren.

1401 11./5. Joannes, plebanus St. Chiliani resign., an dessen Stelle Joannes dict. Strziessek.

1402 12./6. Henricus, plebanus in Zátoň, wird seiner Propstei entsetzt und an seine Stelle Mstislaus, bisher praepositus in Insula, eingesetzt.

30./6. Bohunko wird Pfarrer bei St. Chilian, nachdem Joannes resigniert hat.

Mstislaus, pleb. in Zátoň.

1404 9./3. Martinus, prior,
Joannes (Sczrba) praep.,
Joannes, procurator.

1405 Joannes praep. monasterii,
Bohuslaus, prior.

1406 14./10. Joannes, praepos. monasterii,

24./11. Bohuslaus pleb. s. Chiliani wird entsetzt, an seine Stelle tritt Joannes.

1407 Joannes fit plebanus in Zátoň.

18./12. Mstislaus p. mon.

1408 28./4. Wahl des Propstes bei St. Johann unter dem Felsen Chval zum Abte. Derselben wohnten bei:
Martinus, Prior,
Jacobus, Subprior,
Joannes, dict. Scrba,
Joannes pleb. St. Chiliani,
Ulricus, pleb. (Slanae?)
Henricus,
Thobias,
Beda,
Nicolaus, pleb. in Welicz,
Mathias,
Nicolaus,
Franco, praep. in Baštyn,
Cunczmanus,
Stanislaus,
Mstislaus praep. monasterii,
Joannes,
Matthaeus,
Joannes Telecz,
Czeczo,
Jacobus vicarius St. Chiliani,
Marquardus,
Wenceslaus,
Mathias diaconus,
Stephanus diaconus,
Busko diaconus,

1408 4./5. Martinus, Beichtvater der Nonnen bei St. Georg in Prag,

1408 Franco, praepos. monasterii,

1409 4./3. nach Resignation des P. Joannes wird Bohuslaus Propst in Zátoň.

1410 6./9. Joannes claviger,
Nicolaus cammerarius abbatis,
Joannes capellanus abbatis,
Bruno filiaster abbatis.

1411 5./4. Stephanus, prior,
Joannes plebanus ad s. Chilianum,
Joannes Bětovec, infirm. et capell. (wird noch 1449 5./6. als Propst in Zátoň genannt).

1411 13./10. Wahl des Abtes Nicolaus, bis dahin Propstes bei St. Johann u. d. F., bei welcher zugegen waren:
Stephanus, prior,
Jacobus senior,
Ulricus, Propst in Schlan,
Joannes Scztrba,
Heinrich,
Jenik, plebanus ap. St. Chilianum,
Thobias,
Franco praepos. monasterii,
Bohuslaus,
Nicolaus,
Mstislaus, plebanus in Basztyn,
Joannes,
Joannes pleb., in Welizs,
Joannes, capellanus,
Jacobus (Cassan),
Wenceslaus,
Martinus,
Marquardus,

1411 Joannes Pelczek,
Mathias,
Bussko,
Nicolaus.

1412 23./7. Franco prior,
Sczrba praep. domus,
Martinus sacristanus,
Joannes,
Bohuslaus,
Thobias,
Stephanus plebanus,
Joannes Czeczek,

1414 Mstislaus praepositus,

1415 16./5. Joannes praep.,
4./7. Mstislaus praep.,

1416 2./3. Mstislaus praep.
Martinus prior,
Bussko capellanus († 14./8. 1419),
Bohuslaus pleb. in Slan,
Joannes pleb. sub Rupe,
Beda,
Jacob,
Stanislaus,
Nicolaus,
Jacobus,
Joannes Domažlicky (wird noch 1456 erwähnt),
Sdislaus,
Henricus,
Joannes Czeczek,
Joannes plebanus ap. St. Chilianum,
Mathias,
Marquardus,
Nicolaus,
Martinus (diaconus),
Sigismundus (subdiac.),
Wenceslaus (subdiac.),
Joannes pleb. in Welicz,
Joannes Scztrba,

Diese Brüder waren die Wähler des Abtes Franz, vorher Propstes zu Basstyn.

Anno 1233. Wenceslaus IV. rex accepit ab abbate et conventu S. Joannis 200 marcas argenti mutuo, et pro his donavit monasterio Skržipel cum suis appertinentiis.[1])

Anno 1265. die 25 Junii Ottogarus rex monasterio S. Joannis tradidit ecclesiam S. Virginis et S. Jacobi in Domažlicz seu Tustae cum appertinentiis.[2])

Anno 1270. 7. Calend. Junii idem Ottogarus loco villae Lippany et aliarum donavit S. Joanni Gemníky, Phery etc. et Joannes rex confirmavit hanc donationem ão. 1312.[3])

Anno 1284. villa Tržebaň elocata fuit ab Ottone abbate Laurentio et Drahomirae conjugibus, qui tenebantur dare „půl tuny medu" monasterio S. Joannis in ipso festo. S. Joannis.[4])

Anno 1331. vixit Zdislaus abbas S. Joannis et Felix prior. Sub his facta est abalienatio bonorum circa Slanam, confirmavit hanc Vladislaus rex ão. 1497.[5])

Anno 1355. Carolus IV. mandavit, ut ii, qui possedint[6]) bona monasterii S. Joannis, solvant loco monasterii contributionem caesari.[7])

Anno 1475. sabbato ante S. Georgium Nicolaus abbas II. Ostroviensis, sedato jam aliqualiter in personas religiosas odio, de recuperatione quorundam bonorum antecedentibus annis a monasteris Insulano injuriose avulsorum paterne solicitus, annuente rege Wladislao cum quodam nobili Joanne Beneda circa bonum Libeň ejusque appertinentias conventionem inivit: ut quotannis

---

[1]) Abschrift der Urkunde im Břevnover Archive; vgl. Pam. arch. IV. 111.

[2]) S. „Studien" 1880. IV. pg. 124 (nota). Pam. arch. IV. 111.

[3]) S. „Studien" 1880. IV. pg. 122 (nota). Die Confirmation K. Johann's geschah im J. 1313. (Abschrift im Břevnover Archiv.)

[4]) Abschrift in der k. k. Univ.-Bibl. in Prag; siehe Pam. arch. IV. 112.

[5]) Siehe: Pam. arch. IV. p. 112.

[6]) d. h. die Emphyteuten.

[7]) Diese Worte enthalten eine Unwahrheit; in der Urkunde (der Wortlaut im oft erwähnten Manuscripte Břevnovs) heisst es nämlich: „Známo čzinime lystem timto wssechniem wubecz, že pobožny nass wierny Oppat a Convent Klasstera Ostrowskeho řzadu Swateho Benedikta pro welike Sskody, natisky a nesnaze, kterež až posawad snassely, niektere swe zbožy a duchody a lydi do gistych leth a do čzasu žiwobyti sweho prodaly, kterežto když niekdy Bernie Kralowska uklada, spolu s tim Klassterem tak jakož sou powinni, ji odbeywati nechtiegi. Poniewadž pak takowych znameni k Nam přzinaležy, wyhlassujeme a timto listem porouczime aby geden Každy, kdožkolyw statkuw dotčzeneho Klasstera užiwagy, aneb w drženi gsau, Berni Kralovskau stim swrchu gmenowanym Klassterem odwozowati powinni byly" . . . etc., es waren somit die königl. Abgaben, die bis jetzt nur das Kloster allein zu tragen hatte, von nun an mit den Emphyteuten solidarisch zu entrichten. — Wichtiger als diese Urkunde war der von Kaiser Karl IV. im folgenden Jahre 1356 (9./V.) an Ostrow erlassene Majestätsbrief mit goldener Bulle, in welchem alle Privilegien des Klosters auf die Bitte Abt Bohuslaus' bestätigt werden. Abschriften dieses Diploma sind im Urbar Ostrows und im Břevnover Manuscript, im letzteren auch in der lateinischen Uebersetzung.

8 sexag. gross. boëm. deponendo in possessione praefati boni usque ad reluitionem per 900 sexag. a monasterio faciendam permaneat. Hanc conventionem multum restrinxit äo. 1539. Ferdinandus imperator, et possessionem hujus boni ad haeredes usque dicti Joannis Beneda prorogavit, ita ut monasterium ab acceleranda reluitione prohibitum solo dicto canone contentari debuerit usque ad tempora Rudolfi II., qui ob delictum quoddam in personam suam a possessore hujus boni commissum, bonum id ad regiam traxit cameram; fixoque certo canone omne jus futurae reluitionis monasterio sustulit, et bonum dictum cuidam Christophoro Sebozina 22000 Sexag. vendidit. Hoc autem extincto Vilhelmo de Rosenberg tamquam jam bonum cameraticum perpetuo possidendum donavit; ut videre est apud tabulas regni in quaterno subcinericio de äo. 1585.

Anno 1509. feria V. ante dominicam Laetare Ladislao Hungariae et Boëmiae rege consentiente bona monasterii Insulani redimendi, inter Stephanum abbatem et Ignatium Boržitam a Martinitz Smečžna circa certas villas, videlicet. Phery, Gemníky, Vinaržice et Owny facta est conventio.[1]) Ex his villis D. Boržita ad 6 Sexag. gross. boëm. se et futuros possessores obligavit, quoadusque monasterii Insulanis abbas et fratres eidem vel futuris possessoribus, uno anno ante receptionem dominii praenuntiato, certam summam pecuniae persolverint. Sed eo nunc deventum est, ut neque supra nominatus canon a domo Martinitziana persolvatur, nec ulla amplius opes reluitionis faciendae relicta sit.

Anno 1518. sub Joanne I. abbate post translatam sedem ad S. Joannem sub Rupe elocata fuit villa Dobržičž Joanni Cžich ex pago Ginoczan ad decennium; item äo 1528. alii mercenario; denique äo 1537. Joanni Křiž, et sic successive ultra unum saeculum fuit haec villa in manibus alienis.

Anno 1532 sub eodem Joanne abbate concessae sunt 1400 Sexag. missn. a 5% Ferdinando imperatori ex causa belli Turcici; summa fuit restituta monasterio."[2]) Circa idem tempus regnante Joanne abbate venditi sunt fundi videlicet: oppidum Tochowicze; Kletice, Duol, Lisovice, Wostrow, Čziškov, et Pržešchiny, idque ad solvendas gabellas tempore belli turcici.

Anno 1537. Ferdinandus imper. concessit redemptionem possessionum monasterii in Gemník, Phery etc.

---

[1]) Der Wortlaut des Vertrages im Břevnover Archiv; vgl. „Studien" 1880. IV. p. 123.

[2]) Der König wies dem Kloster 5% der Abgaben an, welche die Stadt Beraun in die königl. Kammer abzuführen hatte, natürlich nur bis zur Tilgung der Schuld. (Pam. arch. IV. p. 158 und Urbar vom J. 1388.)

Anno 1541. Joannes Placidus ratificavit contractum ratione fundi venditi in Seltz, sic dicti Nicomediani, reservato sibi tamen et annue percepto censu.

Anno 1543. similiter exigente id necessitate ratificavit venditionem oppidi Tochovicz factam a praedecessore suo Joanne abbate.

Anno eodem 1543. Ferdinandus rex pagos alias ad Insulam spectantes: Krniany et Smichovitze vendidit Wolfgango Hoslauer, nec non et alios pagos. Porro duplex Brżeznicium venditum est Floriano Krispek de Krispach, manente tamen jure reluitionis.

Anno 1544. venditus fuit fundus alias parochiae S. Chiliani appertinens in Hvoznitz 23 Sexag. gross. boëm.

Anno 1546. Factus est contractus circa Liben, quae possesio prius oppignorata fuit a Ferdinande I. domino Beneda, reservatus tamen fuit canon ceu signum reluitionis.

Anno 1554. elocata fuit mola in Insula aedificata pro 95 Sexag. ac tandem fuit mediante lite perdita una cum ipsa Insula.[1])

Anno 1556. ad redimendam villam Rženov vendita est haereditas in pago Třebenitz 30 Sexag. gross. boëm.

Anno 1558. evicit idem abbas Placidus canonem annuum ex fundis Teslinensibus p. 6 Sexag. missn.

Anno 1570. vendidit idem Placidus villam Ržen seu Rženov, quae nunc incorporata dominio Hradistko Strahoviensi, 165 Sexag. missn.

Diese Angabe beruht unzweifelhaft auf Irrthum (das Copiarium der Johannenser Urkunden in der Prager Univ. Bibl. weiss von diesem Verkaufe nichts), es sei denn, dass die Besitzung (Hof Ržen mit Wäldern und Wiesengrund) sehr bald wieder zurückgekauft worden wäre, wovon aber nirgends eine Erwähnung geschieht. Wir haben nämlich urkundliche Gewissheit, dass im Jahre 1618 dieser Hof in dem Besitze von St. Johann sich befand; das Břevnover Archiv bewahrt eine ganze Reihe Brief- und Contractscopien (alle in lateinischer, böhmischer und deutscher Sprache), die sich darauf beziehen. Abt Paul Martin Bytomsky, durch arge Noth seines Klosters, wie er selbst klagt, gedrängt, insbesondere bei den Kreissteuerbeamten mit einigen Hundert (Schock) Steuer noch von früher her im Reste, entschloss sich, den Hof Ržen zu verkaufen. Er schrieb daher (Donnerstag nach Epiphanie 1618, an die königliche Kammer um Erlaubnis dazu. »Ihro Gnaden die Herren Kammerräthe« wollten sich aber von der Wahrheit seiner Angaben vorerst volle Ueberzeugung verschaffen und schrieben (7. Februar 1618) an den Ordensvisitator

[1]) Siehe: „Studien" 1880. IV. p. 115 u. 116.

Abt Wolfgang Selender, er solle seine Meinung äussern. Darüber verstrich nun geraume Zeit, die Kreiseinnehmer drängten fort und fort, ja sie drohten dem Abte von St. Johann mit der »Einführung« (Sequestration); der Abt schrieb also nochmals an die königliche Kammer und auch an den Visitator nach Braunau (1. Februar 1618 und Septuagesimä d. J.), damit doch die Sache nicht liegen gelassen werde. Von Braunau kam bald Antwort (22. Februar), dass der Visitator gegen den Verkauf nichts einzuwenden habe, jedoch rathe, den Hof nicht an einen Freien, sondern am besten an einen robotmässigen Unterthan zu verkaufen, damit das Kloster leichter zurückkaufen könne, wenn bessere Zeiten eintreten würden; in diesem Sinne habe er auch an die Kammer berichtet. Nun hatte aber der Abt schon seinen Käufer, einen Bürger der Prager Neustadt, Peter Thab; auch bewarb sich um die Ueberlassung des Hofes dessen nächster Nachbar, die Besitzerin von Hradištsko Frau Mariana Morakšin, geb. Novohradsky von Kolowrat auf Hradišť ob der Sázava. Der erstere Käufer erbot sich, 500 Schock baar zu erlegen, war auch ein schlichter, ehrlicher Mann, von dem das Kloster keine Schädigung zu fürchten brauchte, so dass er dem Abte lieber war. Als daher die Bewilligung Mittwoch nach St. Procopi von Prag ankam, wurde der Kaufvertrag zwischen Kloster St. Johann und Peter Thab in aller Form abgeschlossen, »da sich kein robotmässiger Käufer gefunden hätte« (10. April 1618). Auf Betreiben der Morakšin jedoch cassierte die Kammer diesen Contract, und der Hof musste an diese verkauft werden. Der neue Kaufcontract trägt das Datum: Montag nach Transfiguratio Domini 1618 und enthält auch den Namen des damaligen Priors von St. Johann Strauberus. Die Käuferin verpflichtete sich und die Erben, den Hof Ržen immer als ein dem Kloster St. Johann zinspflichtiges Gut zu betrachten, statt des Grundzinses, welcher seit jeher in Eiern und Hasen geliefert wurde, jährlich 12 meissn. Gr. zu zahlen, die auf den Hof entfallenden Steuern und Abgaben selbst zu entrichten, die Processionen, welche von St. Chilian aus über ihren Grund geführt würden, nie zu hindern, keinen Rainstein oder Grenzbaum zu verrücken, und ohne Wissen des Klosters den Hof nie zu verkaufen, insbesondere nicht an eine dem Abte unliebsame Person. — Die letzte Theilzahlung des Kaufschillings (er betrug 1100 Schock m. Gr.), entrichtete im J. 1628 Herr Maximilian Pechlar von Hradišť an Abt Tobias Wenzel. Im J. 1633 kaufte den Hof Ritter Rudolf Malowetz von Malowitz, von diesem dann im J. 1638 (16./6.) der Abt Crispin von Milevsko, derzeit Coadjutor des Stiftes Strahov im Namen des letzteren. (Copie des Kaufcontracts im Břevnover Archive).

Anno 1571. inita lite ratione fluvii Moldavae et molae Insulanae cum Trnoviensibus, amissa est causa ex parte monasterii S. Joannis.

Anno 1581. fuit commulatio quorundam fundorum inter Jacobum abbatem et decanum capituli metropolitanae ecclesiae Pragensis Petrum de Linda; vi cujus capitulum cessit duos rusticos cum gasis etc. in pago Kósolup, monasterium e contra capitulo fundos suos Pragenses sub monte Petržin.

Circa annum 1585. mola Hostimensis sub abbate Vito Hifftl ex manibus alienis vindicata ad possessionem monasterii rediit.

Anno 1586. sub eodem Vito abbate venditus fuit pagus Malczany 100 Sexag. missn.

Anno 1597. Rudolphus II. imperator vendidit et tradidit Christophoro Sebozina in Bržežan vicecancellario plerosque pagos et villas monasterii S. Joannis. Econtra mandavit, ut quidquid sub Vladislao rege Ostroviense monasterium amisit, inde tamen censum solvit, hoc ipsum ex renta compensetur, nominatim ex pagis et villis dominio Bržežanensi incorporatis. Sub Vito Hifftl et Joanne Kladrubský agebatur circa ecclesiam in Skržipel prope Vossovium, nec non ejusdem ecclesiae jus patronatus, sed ex effectu patet, nihil fuisse evictum, etsi alias haec ecclesia monasterio pertinuerit.[1]) Vindicatam per abbatem Vitum molam penitus reluit Paulus Martinus Bytomský abbas, qui praefuit ab ão. 1612 1627., item etiam gasam in Dobržicž reacquisivit; sed utramque paulo post aliis erga certum censum elocavit.

Anno 1605. Joannes Chrys. Kladrubský abbas permisit in Malcžany unam villam Annae uxori Mathiae Massek et filio Vito; alteram villam Adamo Hartl et uxori Elisabethae; Morany vero utrisque concessit hac cum conditione, ut ex qualibet villa ter in anno praestent robotam et ex popina Moraniana una die. Item ex quavis villa circa festum S. Galli 4 gallinas et ad festum S. Martini 1 anserem monasterio dare obligentur.

Anno 1619. sub Paulo Bytomský abbate jussu directorum Pragensium venditi fuere Henrico Felix, Chomotow de Harras pagi monasteriales: Bubovitz, Sedltz et Hostim exiguo pretio et dominio Chrustenicensi adunati, sed post victoriam in Albo Monte jussu plenipotentiarii regii in Boëmia principis Lichtenstein omnia haec restituta sunt.[2])

Archivium tamen monasterii, quod in arce Kladnensi pro securiori depositum fuerat, occasione factae irruptionis a Polonis ão. 1620. cum dicta arce partim exusta partim diruta penitus

---

[1]) Vgl. dagegen „Studien“ 1880, IV. p. 126 (nota).

[2]) S. Bílek, „Dějiny konfiskací“ p. 165.

interiit.[1]) Sicque monasterium non modo plurima sua temporalia amisit bona et ad egestatem redactum est, sed et documenta futurae suae subin legitimationis perdita deploravit ab eo tempore; utpote solas quasdam hinc inde conquisitas ac descriptas copias pro monimentis habuerit.

Anno 1628. sub Tobia Venceslao Sculteto solutae sunt ultimae 50 Sexag. missn. pro villa Rženov a Maximiliano Pechlar possessore domini Hradischtensis. Ex post autem habuit eam Rudolphus Malovetz, qui eam cum consensu ejusdem abbatis vendidit PP. Praemonstratensibus in Strahov.

Anno 1625. Venceslaus comes de Rožďarova legavit monasterio S. Joannis 500 Sexag. missn. De hac haereditate liceat addere verba, quae eidem addidit scriptor, ex quo haec excerpsi: quorsum venerunt?

Ex dictis palam est, et fortunam ipsam monasterio s. Joannis sub Rupe a multis temporibus fuisse novercam, et ipsum monasterium eiusque possesores vel non studuisse fatis vel non potuisse certe operam impendere conservationi, saltem status quo, si non meliorationi monasterii. Nec mirum: abbates alieni erant, pedo et infula potiti via postulationis sive impositionis. Religiosi item ex alienis monasteriis successive ad tempus hic habitantes nihil cogitabant minus quam de stabilitate figenda aut de successione fratrum; quis igitur miretur, monasterium ad florem non pervenisse? Similiter de instrumentis fundationum, donationum et aliis scriptis opinandum. Nam etsi parvum et non totum omnino archivium Kladnae asservatum perierit, uti dictum est, aliud ne forte praejudicet matri possidenti, pessumdatum, plura forte inter obsoletas chartas immixta post aliquod annos infra scopas venere, exin super ignem; quaemadmodum me ante 30 annos cellam P. Senioris monasterii ingressum clam legisse memini in scripto quodam, quod per focum culinae fluxerit cera sigillacea rubra ad instar sanguinis sub crematione chartarum.

Miror, monasterium S. Joannis sub Rupe tunc non perivisse penitus; sed — equidem non dubito — interventu Divi Ivani, cuius cultum Deus voluit augeri, advenit tempus aliud, tempus, ubi fratres in loco profiteri et suos sibi ex gremio abbates eligere coeperunt.

## Caput IV.

### Monasterium s. Joannis sub Rupe reviviscit.

Nonus in ordine abbatum S. Joannis sub Rupe fuit *Matthaeus Ferdinandus Sobek a Bilenberg.* Fuit Abbas ad S. Nicolaum

---

[1]) Dass dieses penitus etwas übertrieben ist, wird der Leser selbst im Laufe des weiteren Textes gewahr werden; doch werden immerhin viele Stücke, namentlich Originale, damals zu Grunde gegangen sein. Die Bulle vom J. 1310 ist aber z. B. heute im Original vorhanden. (Prager Univ.-Bibl.)

Pragae, atque Tobiae abbati ob senium iam deficienti primum in cooperatorem datus, anno 1652 die 11. Maii plenum obtinuit regimen. Rexit Subrupense monasterium cum Nicolaitano usque ann. 1664, quo anno factus est Proto-Episcopus Reginae-Hradecensis. Hic abbas pro monasterio tam solicitus evicit Insulam unacum mola coenobioque S. Joannis restitui fecit. Proventus monasterii non modo ampliavit, sed et modernam ecclesiam a fundamentis aedificavit testante inscriptione in frontispicio posita sequentis tenoris:

„Anno Domini 1661 Matthaeus Ferdinandus a Bilenberg Dei et Gratia Apostolicae Sedis primus episcopus Reginaehradecensis, Sacrae Caesar. Regiae Maiestatis consiliarius, dum huius monasterii abbatem ageret, hanc ecclesiam Deo Optimo Maximo, Beatissimae Virgini immaculate Conceptae, Sanctis Tutelaribus Divo Joanni Baptistae et Divo Ivano Eremitae dedicatam et consecratam ex fundamento construxit et exornavit non sine magno labore et industria. Orate pro eo posteri.“

Dieser hervorragende Benedictiner hätte längst schon eine eingehende Würdigung in der Benedictinergeschichte, zumal in diesen Blättern, verdient; wir lassen hier aus den Daten, die wir über diesen interessanten Gegenstand schon geraume Zeit sammeln, die allgemeinen und diejenigen, welche auf die Wirksamkeit Sobek's bei St. Johann Bezug haben, folgen. — Matthaeus Ferdinand Sobek (nicht Zoubek, wie so viele, darunter sehr geschätzte Autoren schreiben, welche wohl das Autograph nicht gesehen haben) ist im J. 1618 als Sohn des Raigerner Stiftsökonomen Wenzel Sobek und seiner Frau Salomena geboren; er genoss den ersten Unterricht in der vom Raigerner Propste Georg (1623 bis 1643) gegründeten Schule und zeigte hier so glückliche Gaben des Geistes, dass ihn der Ordensvisitator Joannes Benno, ein Gönner dessen Vaters noch von Braunau her, mit nach seiner Residenz Braunau nahm und daselbst in die Humaniora und die Philosophie einführen liess. Nachdem er die letztere beendet hatte, wurde er, im Alter von 18 Jahren, in den Orden aufgenommen und bald auch zur hl. Ordensprofess zugelassen (1636, nicht 1638 wie Ziegelbauer, Beckovský, Dudík u. a. behaupten). Darauf studierte er in Olmütz, wo er unter anderen den bekannten Historiker Balbin zum Mitschüler hatte, die scholastische Philosophie und die Theologie und wurde 1639 (dieses Jahr lässt sich nur muthmassen) Priester. Es ist bekannt, welch' sturmvolle Zeiten die Studien Sobek's sowie die erste Zeit seines Priesterthums begleiteten; Sobek, als beredter Prediger, dann als Professor der Klosterschule und Provisor der Oeconomie zu

Braunau in Verwendung, verkostete sattsam die Härten des dreissigjährigen Krieges, sah wiederholt die wüthenden Horden Torstensons, flüchtete einigemal mit den Brüdern aus Braunau, so 1642 nach Nachod, 1643 nach Raigern. Zurückgekehrt, war er eine kurze Zeit Seelsorger in Polic, im J. 1646 wurde er Prior in Braunau, im folgenden Propst (der letzte) in Polic. Darauf (18. Jänner 1648) ward er wiederum Prior in Braunau, im selben Jahre kam er auch nach Raigern, wo er seinen Freund, Propst Augustin Seifert, auf eine kurze Zeit abgelöst haben mag, vielleicht als derselbe zum kranken Abte Alexius Hübner berufen wurde. Im Winter 1649 bestimmte ihn dieser letztere zum Abte des Klosters St. Niklas in Prag, welches derart darniederlag, dass der letzte Abt Liborius, kaum ernannt, lieber gleich resigniert hatte. Mit äusserster Kraftanstrengung erwies sich Sobek in seiner Energie und mit seinen Geistesgaben als der wirkliche Retter dieses Klosters, so dass man, von seinen Fähigkeiten überzeugt, ihn bald darauf dem kranken Abte von St. Johann als Coadjutor beigab und nach dessen Tode (1651) ihm auch diese Abtei übergab. Die kaiserliche Bestätigung Sobek's als Abtes von St. Johann erfolgte 2. Mai 1652, die förmliche Installation aber erst im J. 1655, weil der Visitator Alexius gestorben und dem neuen, Augustinus Seifert, diese Vereinigung zweier Abteien in einer Person nicht recht genehm war, wie sich aus dem Wortlaute eines Reverses schliessen lässt, den Sobek 24. Juni 1655, ausstellte und den wir in einem ehemaligen Kladrauer Manuscripte (Archiv Braunau) fanden. Sobek muss da folgende Bedingungen auf sich nehmen: 1. die Unterwerfung unter den Visitator »iuxta avitam ordinis nostri consuetudinem«; 2. eine solche Verwendung der Einnahmen beider Klöster, dass wenigstens eines von beiden bald hergestellt werde (ut resurgat et formetur); 3. bei St. Johann nach Melioration des Gutes Dobřič wenigstens 6 Religiosen zu erhalten; 4. wenn es mit Hilfe der Finanzen beider Klöster gelungen sein würde, dass eine von beiden würdig in Stand zu setzen, dem andern nach Erkenntnis des Visitators und des Provinzialcapitels die Schuld zurückzuerstatten; 5. die Vereinigung beider Abteien als nur für seine eigene Person geltend anzusehen, so dass nach seinem Tode oder Resignation es dem Visitator frei stehe, die Abteien einzeln zu besetzen; 6. der Visitator behält sich einen von den Lodenizer Wäldern zu Gunsten des Stiftes St. Margareth vor, weil dieses viel passender hätte vereinigt werden können mit dem nahen St. Johann, auch aus dem Grunde, weil St. Margareth viel bedürftiger war als St. Nicolaus; 7. solange keine förmlichen Convente in beiden Klöstern wären, hat sich Abt Sobek von allen Veräusserungen der Güter, überhaupt von allen wichtigeren Contractschliessungen zu enthalten; wenn nach

seinem Tode Schulden vorgefunden würden, so soll das Kloster St. Johann von der Zahlung derselben frei sein, wenn er dagegen Capitalien hinterlassen würde, sollten dieselben zu gleichen Theilen zwischen beide Klöster getheilt werden. — Bald nach seiner Installierung schritt Sobek zur Grundsteinlegung einer neuen Kirche bei St. Johann; den feierlichen Act vollzog im Beisein vieler hochgestellter Personen der junge Prinz Leopold, König von Ungarn, dem Abt Sobek bei dieser Gelegenheit ein Gedicht und eine Schrift über den hl. Ivan dedicierte. Der König nahm die Widmung mit besonderer Huld an, wie denn überhaupt der kaiserliche Hof Sobek mit unverkennbarem Wohlwollen auszeichnete. Im selben Jahre (1655) wurde er kaiserlicher Geheimrath und um dieselbe Zeit (die genaue Bestimmung vermögen wir nicht anzugeben) in den Adelstand erhoben, wobei die Familie Bilek von Bilenberg, deren eine Vertreter Dechant in Smiřiz, der andere Dechant in Chrudim war. Sobek erlaubte, ihr Prädicat und Wappen (eine »ancora«, nach Ziegelbauer) annehmen zu dürfen. Noch vor dieser Auszeichnung wurde er kaiserlicher bevollmächtigter Aufseher des Klosters Emaus, und als, noch immer im selben Jahre, die Stände zusammentraten, um die obersten Steuercommissäre zu ernennen, erkoren sie den Abt von St. Niklas trotz seines geistlichen Standes auch dazu. Im J. 1657 wurde er auch geistlicher Visitationscommissär und Mitglied der Commission für die Befestigungsarbeiten der Prager Städte. Als einflussreicher Mann erreichte er im selben Jahre leicht die Wiedererlangung der alten »insula,« die er den Gütern bei St. Johann einverleibte. Im J. 1659 überraschte ihn die Ernennung zum ersten Bischof von Königgrätz; die Weihe erfolgte aber erst am St. Josephitag 1665. Das Jahr darauf reiste er nach Rom (13. September bis 29. October nach Ziegelbauer), und am 10. Juni 1868 erfolgte nach einer eigenthümlichen Verwirrung der Umstände seine Ernennung zum Erzbischof von Prag. Als solcher starb er 29. April 1675.

Prostat etiam in choro figurali imago insignis magnitudinis veras referens effigies cum huius abbatis Matthaei, tum Leopoldi I. Imperatoris et patrui eius Guilielmi Archiducis Austriae, necnon plurimorum regni procerum, qui omnes solenni impositioni fundamentalis lapidis (quod ipsum haec imago repraesentat) interfuisse dicuntur.

Sub hoc abbate Mathaeo fratres cessarunt esse hospites et advenae, sed incipientes stabilitatem figere et in loco profiteri, facti sunt cives Sanctorum et domestici Dei. Primus, qui solemniter hic stabilitatem promisit, fuit P. Samuel Jari, antea professus Braunae. Secundus P. Benedictus Schmidl de Seeberg, qui transacto noviciatu Reihradii in Moravia, ad

S. Joannem sub Rupe professionem emisit. Tertius denique P. Matthias Venc. Richter, qui ex professo Emautino stabilitus est ad S. Joannem.[1])

Decimus abbas fuit *Joannes Chrysostomus de Belmonte*. Praefuit ab anno 1664—1669 diem 14. Martii. Natione erat Hispanus, religione Augustinianus discalceatus, dein Benedictinus in Emaus. A summo Pontifice ad capessendas dignitates, quas ordo Augustinianus prohibebat, dispensatus, data sibi optione ex duabus abbatiis vacantibus, S. Procopii cis Sazavam et S. Joannis sub Rupe, Joanneam elegit. Vir fuit non modo insigni doctrina, sed etiam multa devotione posteris commendatus. Fratrum professorum numerum ita auxit, ut anno 1667 chorus alias intermissus statis horis persolvi coeptus sit. Hic abbas comparavit pedum pontificale insignis laboris et totum argenteum, quo unico D[ni] Praelati usi sunt usque ad levationem monasterii.

Demortuo illo cum tenues adhuc essent proventus monasterii de dato 24. Augusti venit caesar. reg. decretum Leopoldis I, vi cuius viduata abbatia ad triennium vacare debuit et ab administratore, quem visitator ordinis imponat, dirigi.

Primus, qui monasterium rexit qua administrator, fuit adm. rev. P. Bonifacius Unger, professus Břevnoviensis; secundus adm. rev. P. Anselmus Stephanides, professus Cladrubiensis, dein stabilitus sub Rupe; tertius adm. rev. ac exim. P. Carolus Schuster a Goldburg professus Břevnoviensis[2]), qui demum pro meritis suis ad vacantem huiatcn dignitatem abbatialem a visitatore ordinis Rdss. D. Thoma Sartori cum consensu caesar. reg. locumtenentiae impositus est, hac tamen conditione, ut aedificium monasteriale, quod item Matthaeus a Bilenberg coepisse fertur, non retardetur sed continuetur, subiecta monasterii et laudes divinae augeantur et quamvis non fuerit legitima electio propter

[1]) Die Professzettel wurden nach beendigtem Ausbau der Kirche in einem eigenen Kästchen unterhalb des Tabernakels aufbewahrt, den Schlüssel davon hatte der Pfarrer. Nach der Aufhebung des Klosters kamen diese Professzettel sammt einem Professalbum, welches von P. Eugen Prudík, nachmaligem Abte geschrieben ist („Memoriale fratrum Monachorum S. Benedicti . . . in coenobio S. Joannis Sub Rupe“), nach St. Margareth. Das Album mit dem oben erwähnten P. Samuel beginnend, liegt uns in Abschrift vor.

[2]) bis dahin Prior von St. Margareth, früher, in den Jahren 1670 und 1671 Pfarrer bei St. Johann u. d. F.; er war Doctor der Theologie, hatte unter anderem einen Tractat „De Deo uno et trino et de visione beatifica“ geschrieben und stammte aus einem reichen Patriciergeschlechte Prags (sein Verwandter Karl Felix Schuster von Goldburg war von 1672—1677 Primator der Altstadt, wie aus dem „Primatorenbuch“ von Erben ersichtlich). Die Ordensgelübde hatte er nicht in Břevnov, sondern in Braunau abgelegt (1652 14./I.). Als Abt bestätigte ihn Kaiser Leopold am 11. September 1675. Unter ihm traten in den Orden Guntherus Auponěšicky († 1695), Ivanus Schramm († 1703), Andreas Girsa († 1689), Joannes Sedlecius († 1681), Christian Junger († 1680).

defectum numeri eligentiam, hoc tamen futuris temporibus nullatenus praeiudicet.

Undecimus ergo abbas *Carolus Bonifacius Schuster a Goldburg* rexit monasterium ab a. 1675—1678. Fuit patria Pragensis, professione Břevnoviensis. Paucis his annis quibus praefuit, explevit multa; videlicet aedificium conventus ad finem perduxit, proventus auxisse inde patet, quod numerum fratrum quoque augere potuerit. Emit etiam villam prope civitatem Beraunensem nomine P t a k a P. P. Barnabitis Pragensibus, etsi non solverit ex toto.

XII$^{us}$ abbas fuit professus Braunensis *Casparus Eimer*,[1]) vir in philosophicis et theologicis apprime versatus, utpote qui eas scientias tum Braunae tum in archiepiscopali seminario Pragae tum denique iam ut praelatus suis fratribus tradebat. — Praefuit hic abbas dignissimus ab a 1678—1695 diem 29. Martii, uti patet ex lapide sepulcrali supra delineato, sub quo cum antecessore suo quiescit. Auxit numerum fratrum ita, ut sub ipso successive 12 religiosi professi sint et ex his (praeter P. Benedictum Schmiedl et P. Ivanum Schramm professum sub Carolo a Goldburg) septem electioni novae, post saecula primae interfuerint, videlicet: P. Placidus Vitt, P. Joannes Poschinger, P. Ernestus Hřebenař eques ab Harrach, P. Emilianus Kotterovsky, P. Bernhardus Schicht, P. Stephanus Felix et fr. Jacobus Martinec. — Casparus abbas aedificavit etiam infra ecclesiam s. Chiliani in regione Insulae molam a fundamentis. Anno 1687 nec non 1693 ipsam restauravit et benedixit. In loco et fundamentis molae nunc stat parochia Chilianensis a D. Bernardo aedificata (mola alia paulo inferius versus Davlam posita)

Mortuo abbate Casparo tam bene merito fratres supra nominati numero 9 obtento a caes reg. aula consensu praesentibus deputatis caes. reg. commissariis: Illustrissimo D. Servatio libero barone ab E n g e l f l u s s, Domino in Mníšek, et Perillustri D. Ludovico B e c h y n ě, capitaneo districtus Berauneusis, ad electionem canonicam processerunt anno 1695, die 29. Maii. Reverendissimus Dom. Thomas, abbas Břevnoviensis praesidebat. Electus est autem ex ordine fratrum habentium votum tam activum quam passivum sextus, scilicet:

(Schluss folgt im nächsten Hefte.)

---

[1]) gebürtig aus Braunau selbst, war Theologieprofessor und Prior in Braunau gewesen. Auch er trat als Schriftsteller auf; er verfasste einen „T r a c t a t u s d e c o e l i s e t a n i m a“, dann „T r a c t a t u s t h e o l o g. d e I n c a r n a t i o n e“ und eine L o g i k. Die kaiserliche Bestätigung erlangte er am 22. Juni 1678. Unter ihm legten Profess ab: Augustinus Fidler (am Todtenbette 1680), Chilianus Rampusch (starb 5 Tage nach Ablegung der Gelübde 1680) und die oben genannten 7 Patres.